Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



illi multa talenta donasset ridens deiecit dicens se
mirari dementiam eius si se putasset tanto eum
posse inimitari Si temtare inquit me voluit toto
illi fui expiendus impio / De constancia vero eius
ait Gullius li. 2. tusculanarum quonum / Hic cum
in manus inimici incidisset nullum genus suplicij
deprecatus est, nullumque recusauit unde et vitam
mollem iuuare mortuum appellauit / Verborum
impperia constantissime tolleraui Unde ait de
illo seneca epistolarum .xcv. eleganter democritus so-
lebat dicere eodem loco esse voces imperitorum quo
ventre redditos crepitus / Quid inquiebat mea
refert sursum isti an deorsum sonent Magna
dementia est vereri ne infamis ab infamibus
Dicebat sepe democritus vt ait Seneca epistolarum
vij. vnus mihi pro populo est et populus pro vno / Hic ypo-
crati medico fertur tradidisse / quod sicut se corporis
affectus habet / ita pulsus cordis motibus incitatur
sicut refert boecius in li. de arte musica / Inter-
rogatus democritus quid inter homines pecoraque distaret
ait sapienter sentire / In conuiuio tacenti rustico
inquit ex doctis hoc solum habes / Huius hee fuere
sententie / Conuenientius est vt paritatem seruies in tuo
quam luxum in alieno suscipias damno / Parci-
tas necessitatis damnum est et remedium damnorum

Ypocras medicus insignis artarxersis
regis tempore claruit apud athenas hic apud
athanas voluptates multum detestabatur
vt ait agellius / et vt narrat Ieronimus epistola .xxiiij.